PLATO. ARISTOTELES

Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 24v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



quoniam non annuis solum et remus sed egregie respondes
Pfecto Tra Tui gratia id ago inquit So Optime facis tu
quidem sed in hoc quo gratus michi fias ac dicito putas ne
ciuitate aut exercitu latrones fures ue aut gente quam
piam que adinuicem inique agere conueniat quitquam pficere
posse si inter sese iniuste degant Tra Nequaquam inquit So Quid
si minime se ledant nunquam potius Tra Omnino So Sediciones
inquam o Trasimache odia pugnasque adinuicem prebet in
iusticia consensu aut amicicia iusticia nonne Tra Esto inquit
ne tecum ipse distidiam So Et bene tu quidem faciens o optime
hoc etiam dicito Si nempe id iniusticie opus est ut in quo
cumque sit odium afferat Nunsi in liberis aut seruis orta
fuerit mutuo differre ac minime quitquam agere potentes
adinuicem reddet Tra Certe So Quid si in duobus nun dissi
dentes inter se pugnabunt ac sibimet iustisque erunt inimici
Tra Erunt inquit So Si uero o admirabilis in uno ali
quando fiet nun quid solitam amittet uim aut nichil minus
est habitura Tra nichil minus habebit inquit So Si ergo
talem videtur hre potenciam ut in quocumque sit ciuitate gente
exercitu aut alio huiusmodi Primum id impotens efficiat
ob sedicione ac discordiam secum aliquid agere posse nun si
met aduersantique cuicumque et iusto insuper reddet inimicum
num arbitrare Tra Equidem So Et in uno inquam existens
hec omnia paget que a natura apta est operari Primum
impotentem aliquid secum agere distidente semper nec unquam
sibi permanente demum sibi ipsi iustisque contrarium nun sic
Tra Profecto So At uero iusti amici sunt dij Tra Sint inquit
So Dijs igitur o Trasimache iniustus inimicus Iustus
autem amicus habebitur Tra Epulare videntur inquit hoc
sermone dum licet non enim tibi aduersabor ne istis odio
fortasse sim Capitulum 14 Cuiuslibet rei proprium opus
et virtute esse propriam · Sortes Trasimachus ·

opus iniusticie

dij iusti